



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

VII. De Pvrgatorio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

Q V A E S T I O LXXXIX.*An Sanctis licetè festa siant?*

LVTHERANIS & CAVLINIANIS mēs, voxque vna est, & conclamatio aduersus Sanctorum festa: 1. Quod idolatriam sapient: cum solius Sabbati cultus sit in præcepto. 2. Quod falso nitantur quædam fundamento: ut Conceptionis B. V. M. 3. Quod multa sint nouitia B. V. nec ante Iustinianum extiterint. 4. Quod ab Impp. secularibus orta & instituta. 5. Quod non Sanctis quædam ordinata. Hæc Heshu-sius lib. De. error. pont. tit. 26. Magdeburg. Cent. 1. l. 6. c. 6.

A U T O R. Festiuare Sanctis, sanctum est: 1. Teste Ecclesiæ Autoritate primis quinque saeculis festa sanciente: apud Bellarm. lib. 3. c. 16. 2. Concilia item plura statuerunt. 3. Ratio Augustini lib. 10. Ciu. c. 4. Benefiorum Dei solennitatibus dicamus, sacramuque memoriam; ne volumine temporum ingratia subrepatur obliuio. Atqui haud paruum est beneficium consummatio Sanctorum scilicet. Ecclesiæ in exemplum, patrocinium, gaudium.

R E S P O N D E O nunc **A D I.** Deo festiuamus in Sanctis primariò: Sanctis secundariò & mediato: Vnde id o'latria esse non potest; quia Dulia Sanctis datur, Latria Deo.

A D II. Conceptio B. V. absolutè, non Conceptio immaculata, est festi causa, & ea certa, ac miraculosa, scilicet sterili. &c.

A D III. sunt quædam recentia festa; quod & beneficia sint recentia. At Martyrum plerorumque & Confessorum festa sunt aliis alia antiquiora. &c.

A D IV. Non Impp. instituerunt;

sed pridem instituta solennizarunt, aut propagarunt, legibusque iuuerunt.

A D V. Unus solū Episcopus Constantinopolitanus Iustiniano annum recolebat; neque diu; priuato affectu.

Hactenus de Triumphantis Ecclesiæ Capite ac Membris, Christo & Sanctis, eorumque Cultu: Porro Anima in Purgatorio, cum vita studio decurso certi meta sint, ex quo à limine teneant Beati decreto Dei; licet adhuc affliti pro debito; cumque degant velut medij terrenos inter ac Cœlites, hisce tamen affiniores, cœlisque debiti: Idcirco à Beatis sibi locum quoque proximum vendicant in nostris disputationibus.

VII. DE PURGATORIO.**Q V A E S T I O XC.***An sit Purgatorium?*

LVTHERV variauit. 1. In disput. Lipsicæ ait: Ego credo fortiter; imd ausim discere, Scio Purgatorium esse; facile persuader in scripturis de eo fieri mentionem. 2. Id admisit; sed multis cum erroribus, à Leone X. damnatis; vt non posse ex scriptis probari; animas in eo salutis incertas esse; ossa meier, & demeritæ affidit peccare dum peccatum habent: libertatis suffragis minus beati, quam si satisficerent. 3. Negavit funditus totum; solam mortem eius exolere vicem. Hoc ultimum tenent omnes Rigid. Luth. vt Centuriat. Melanch. Brent. Zwing. Ochinus. &c.

C A L V I N U S, *Inst. l. 3. c. 5. §. 6.* Purgatorium exitiale Satanae commentum. Crucem Christi euacuat, contumeliam irrogat misericordiæ Christi, fidem labefactat. **P E T.** **M A R T Y R**; sit, aut non sit; certè articulus fiduci non est. Nituntur uno hoc; quod Satisfactionem tollant, & discrimen pec. mort. & venialis.

S V A D E N T, istis. 1. Ex Scriptura. 1. Ps. 1:6 Cum dederit dilectis suis somnum, ecce hereditas Domini. 2. Eccl. 9. Nec opus nec ratio.

ratio. &c. sunt apud inferos. 3. Eccl. 11. *Lignum, in quecunque loco ceciderit, ibi erit.* 4. Ezech. 18. *Cum auersus fuerit impius ab impietate sua, omnium iniquitatum eius non recordabor.* 5. Duo sunt hominum ordines, Matth. 25. *Benedicti, venite: Maledicti, ite.* 6. Luc. 23. *Hodie mecum eris in paradyso.* 7. Rom. 8. *Nihil damnationis est iis, qui sunt in Christo Iesu.* 8. 2. Cor. 5. *Si domus terrena habitationis nostre dissoluitur, habemus domum eternam in celis.* 9. Apoc. 14. *Beati mortui, qui in domino moriuntur. &c.*

II. Ex Ratione. 10. *Quia remissa culpa remanet nulla pena.*

III. *Pœnitentia est quidam baptismus; at in hoc remittuntur omnia; ergo & in illa: unde culpa nulla super.* 12. Secundus Machabæorum est apocryphus; maximè cap. 12. Necibi sit mentio purgatorii. Et pro cæsis in pec. mortali sacrificabatur; Idque ex affectu pio solum; non quod liberati credebantur.

A V T O R. 2. Mach. 12. *Sancta & salubria est cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis soluantur.* 2. Tob. 4. *Panem tuum & vinum super spulturam iusti constitue; & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus:* Sed cum pauperibus pro anima deprecaturis, ait S. Chrys. hom. 32. in Matth. 3. Galaaditæ, 2. Reg. 1. pro cæsis Saule, Ionatha & aliis ieiunaverunt, ut & Dauid, & 2. Reg. 3. Abner: idque non ex dolore tantum, ut vult Münsterus; Sed ut animæ iuarentur, ait V. Beda ibid. 4. Psal. 37. *Domine ne in furore inferni; neque in ira purgatorii corripias me,* ait S. Aug. ibid. 5. Psal. 65. *Transiimus per ignem & aquam, purgatorii,* ait Orig. Ambr. 6. Isa. 4. *Si abluerit Dominus sordes filiorum & filiarum Sion, &c. in spiritu iudicii, & spiritu combustionis,* id est, purgatorii, ait August. 20. Ciu. c. 25. 7. Malach. 3. *Sedebit quasi*

ignis conflans, & purgabit filios Levi, & collabit eos in purgatorio aiunt Orig. Ambr. Aug. Hier.

II. Nouum Testamentum docet idem in Anno Christo m.c.p. 1. q. 29.

Quibus adde. 1. Cor. 3. *Si cuius opus arserit, detrimentum patietur, ipse autem salvus erit, sicut tamen quasi per ignem,* id est, ex omnium S. Patrum sententia, Poenam purgatoriam, post iudicium particulare reliquam iis, qui ædificarant ex ligno, foeno, stipula: id est, pecc. ven. Ita Amb. hic Hieron. in 4. Amos: & libr. 2. in Iouin. August., Psa. 37. Greg. l. 4. Dial. c. 3. Bell. l. 1. de Purg. c. 5.

C A L V I N I S T A tamen ignem dicunt esse Doctrinam veram.

A T huic singula nequeunt applicari. Nam ea lucrum afferat peccatori succenso poenitentia, non detrimentum.

III. Iste adde testimonia Conciliorum habitorum in Africa, Gallia, Hispania, Germania, Græcia, &c. Vnde Petr. Martyr ait: *Solit nobis obitei: Ecclesiam semper pro defunctis orasse:* Quod quidem non inficer: sed afero istius facti neque Verbi Dei, neque exempli, quod desumitur & S. Literis, autoritatem haberet. Vide Bellarm. min. c. 9.

I V. Porro Classem S. Patrum vide ibid. c. 10. Mendacia vero, & sycophantias Sectariorum repete ex m.c. Mendacce Antipap. p. 1. q. 9.

V. Demum Ratio consonat Fidei, 1. *Quia sunt quædam pecc. venialia, poenæ temporalis dignata: at cum his decidere quis potest: ergo purgationis eget.* Nil enim coquinatum introibit in regnum celorum. Maior constat ex Iac. 1. Concupiscentia cum conceperit, pars peccati,

S 2 venia.

veniale ob delectationem cogitationis: peccatum, cum consummatum fuerit contentu pleno, vel opere; generat mortem: quia mortale est. Idem constat i. Cor. 3. superedificantibus diuersa, his aurum, &c. illis stipulam. &c. Nam stante Fide & Christianismo, alii cumulant peccata mortalia, alii venialia, alii nulla; sed merita opera bona: teste Augustino libr. 83. quæst. 26.

2. Ratio. Quia in reconciliatione peccatorum non semper tota poena cum peccato remittitur. Patet in Davide, 2. Reg. 12. Mors autem proprie est poena peccati Originalis, non actualium. Vide Bell. c. IX.

3. Demum; Omnis gens ac natio agnouit aliquam quibusdam post fata superesse poenam absolubilem: cuius metu vita sollicitius a peccatis custodienda fit.

4. Præsertim Ecclesiæ praxis uniuersæ, de qua ita S. August. l. de cura pro mort. c. 1. In Machabæorum libris legimus, oblatum promortuis sacrificium. Sed et si nusquam in veteribus Scripturis legeretur, non parvatum est uniuersa Ecclesiæ, que in hac Consuetudine claret, Autoritas: ubi in precibus, que Deo ad eius altare funduntur, locum suum habet etiam commendatio mortuorum.

Par, quin maior est Authoritas Apostolica; qua de S. Chrys. hom. 59. ad populum. Non temere ab Apostolis haec sancta fuerunt, ut in tremendis Mysteriis, defunctorum agatur commemoratio. Adeò ut hæretici fuerint Aëriani, qui ait Epiphanius. hæresi 75. Orare vel offerre pro mortuis oblationem non oportere finixerunt.

5. Denique, ex Caluinistarum principiis

fidei idem sic evincitur: Volunt. I. Concupiscentiam esse auersionem a Deo continuam cum reatu mortis æternæ: Paræus thes. 18. Ex Calu. Inst. 2. c. 1. §. 8. 2. Ex pecc. orig. contagione omnia iustorum opera taminari, ut sint mera iniquitas: Calu. ad Trid. Ses. 6. c. 16. Inst. 3. c. 12. §. 4. Atqui nil inquinatum potest intrare in regnum Dei: Ergo nec Caluinistæ; utpote tota vita immundi. Nec purgantur Morte; nam hæc communis est etiam infidelibus: Non Fide: quia nil in Scriptura, quod Fides in agone purget magis, quam in vita: non autem ea purget Caluinistas inuita: ergo nec in morte. Nec Non imputatione, hæc enim non tollit Coecitatem mentis, auersionem voluntatis, & reatum poenæ æterna. Quare cum his erunt vel in cœlo, vel orco.

DICO AD I. Somnii ibi est corporum quies adusque iudicium: Hæreditas, est Augustino, resurrectio.

AD II. Id de damnatis dicit S. Hier. ibid. At S. Greg. 4. Dialog. c. 39 eos iuvari suffragiis, qui id bonis operibus meruerunt, dum viuerent.

AD III. Ad literam loquitur de morte corporali, qua iacent omnes. Item sua cuique morienti sententia fertur statua, etiam purgatoriis. Sicut in Lymbum quondam missis.

AD IV. Non recordabor iniquum id est, inimicitiam cum conuerso non seruabo.

AD V. Erunt duo solum post iudicium: at nunc plura sunt: teste Calu. in p̄lychipann.

AD VI. Priuilegia paucorum non faciunt legem. Dein, isto. Memento mei: indi-

indicauit etiam in altera vita condonari peccata: at non in cœlo; nec in inferno: ergo in purgatorio.

A D VII. Loquitur de non consentientibus ad motus concupiscentiæ.

A D VIII. Addit: Sitamen vestiti inveniamur, charitate: Sin'; saluantur, sic tamen quasi per ignem. *I. Cor. 3.*

A D IX. S. Anselmus ait, *Amodo*, id est, ab iudicio extremo, non, ab morte cuiusque, requiescent à laboribus; at in his adhuc sunt purgatorii.

A D X. Est contra S. Scripturam: teste Adamo, Moysè, Aarone, Israëlitis, Davide; quibus temporalis poena remansit, culpâ dimissâ: Idque Tum in satisfactionem præteriti peccati; teste Caluino *Instit. l. 3. c. 8. §. 6.* Tum in cautelam, teste eodem *ibid. c. 4. §. 31.* Etsi hoc posterius neget loco priore.

A D XI. Non sequitur: quia est quidam baptismus poenitentia, ideo hæc non ita totum semper dimitit, ut baptismus; nisi omnia perfecta: Plerumque enim poena, sempiternâ in temporalem versâ, grandis remanet.

A D XII. Id negant Lutero et alii sicut cum Iudeis contra Christianos; teste *S. Aug. l. 8. Civ. c. 36.* Et clare sat colligitur purgatorium esse, licet hoc non exprimatur de nomine. De mortalitate peccati non constat, ideoque incertus fuit status occisorum. Attamen considerabat, quod optimam haberent repositam gratiam: idque ex communi sensu de purgatorio.

Q V Ä S T I O X C I .

An Confessio Purgatorii sit de Fide:
Prosting Suffragia?

LUTHERVS lib. de abroganda Missa negat: itemque Pet. Martyr *in 1. Corinth. 3.* 1. Quia Scriptura tacuit de Purgatorio, ubi maxima erat occasio: vt *Genes. 49.* ad funera Abrahæ. &c. In Leuitico, cum sacrificia pro variis instituuntur. &c. 2. Quia Ecclesia Graeca diu restitit huic articulo. 3. Quia Dionysius in Hierarchia anxie laborat docēs cur oretur pro defunctis: Si credidisset Purgatorium, aperte respondisset; vt à Purgatorio liberarentur. 4. Quia Augustinus ait Purgatorium esse, se habere opinione incerta, non fide.

A V T O R. R E S P O N. **A D I.** Scripturam omnia vbiq; ponere necesse nō est. In Genesi vero est implicitè. c. 23, Surrexit Abraham ab OFFICIO Funeris, quod est flere, ieiunare, orare pro mortuis. In Leuitico sunt iussa sacra pro viuis & mortuis; & factum est *2. Mach. 12.*

A D II. Mendacium est: Nisi quod aliqui dubitarint, an purgatorium sit ignis, an quid aliud.

A D III. S. Dionysius ~~expresso~~ dicit, orari pro defunctis, vt à peccatis soluantur: *cap. 7. part. 3.*

A D IV. Contrarium dicit in *Enchir. c. 110. quest. 2. ad Dulitium. libr. 21. Civ. 6.*

2. Porro quibus quatuor modis dogma fidei probari solet, iis & hæc probamus.
1. Scripturâ expressâ cum declaratione Ecclesiæ: Sicut ὁμολογοῦ Patri Christū docemus ex *Ioan. 10.* Ego & Pater unum sumus, quod Ariani aliter expONENTES retundebantur per Ecclesiæ declarationem. Ita de Scripturis pro Purgatorio patet ex declaratione, ut suprà.
2. Per evidenter deductionem ex Scripturis. Patet suprà in Ratione 1. & 2.
3. Ex Traditione apostolica & perpetua.
4. Per evidenter deductionem ex ver-

S 3 Luthe.

be tradito: Ut patet ex Consensu
Patrum.

II. LUTHERVS ait, Animas suffragis liberatas
minus beari, quam si per se in concordia satisficerent.

AUTOR. 1. Dixit; sed nec apice docuit. Nos autem credimus & docemus Communionem Sanctorum, eorum qui in coelis, in terris, & infra terram in Purgatorio degunt Amici Dei. Vbique enim vis eadem est charitatis, quae operatur in nobis: & efficacius tum in & ex illo, in que illum, in quo minus reperit impedimenti. Hinc aliena quandoque; charitas suffragatrix alicui plus conferre potest, quam propria patientia charitatis. Nam suffragatoria operatio meretur ex charitate viatoris: at propria patientia, iustificatoria quidem est, sed non meritoria. De quo alibi.

2. Tria autem sunt genera Suffragiorum inde ab primoru[m] Ecclesiâ consuetu[m]. ex opere operato; Oratio, & Operapoenata; & haec ex opere operantis. Ita S. Patres: Aug. Ser. 22 de verb. Apost Chrys. Ambr. &c. Igitur accentuerunt Indulgientiae per modum Suffragii: ut quae aliud non sunt, quam applicationes & satisfactiones abundantissimorum Christi & Sanctorum.

Neque hisce purgatori dicuntur absolu: quia Absolutio est tantum subiectorum & viatorum: at purgatori nec Papæ subiecti sunt, nec viatores. Vnde fit eis charitas applicantium condonations & satisfactiones Christi & Sanctorum. Sed de hoc in disceptatione Indulgientiaria.

Q VÆ S T I O X C I I .

*An, & quatenus Suffragia, Inflaque
funebria profint Purgatoriis?*

V T H E R O - C A L V I N I S T Æ Suffragia
vel esse villa, minus Prodeesse posse, per cuius
cariter negant. Illaque nostra tum decident,
tum detestantur, tum calomniantur. Sed
hæc ipsorum propria; quos alma deseruit
Veritas, fidesque fugit.

AUTOR. 1. Concordia summa
perpetua Orthodoxis fuit semper, quoad
Suffragia ipsa: Non est dubium ius iu-
uari animas Fidelium: ait Aug. Ser. 22 de
verb. Apost. 1. Ita Scriptura. Nam
1. Cor. 12. Pro inuicem sollicita sunt mem-
bra; & si quid patitur unum, compatiuntur
omnia: Sed iusti defuncti sunt membra
Ecclesiæ, quod est Corpus Christi: quippe
coniuncti nobiscum in una Fide &
Charitate: Neque enim, ait Aug. l. 20.
Ciu. c. 9. piorum animæ defunctorum ab
Ecclesiâ separantur, quæ est regnum Christi.
Quocirca viuentes possunt ac debent iuuare
defunctos, velut membra Corporis
eiusdem.

2. Ut Caput Christus profuit viator
membris; sic debent & inuicem mem-
bra prodeesse: Atqui Christus profuit
Viuentibus remittens peccata
Magdalena, Luc. 7. &c. Mortuus mortu-
is, soluens, Act. 2. plurimos à doloribus
inferni: Viuentis mortuis, ad vitam re-
vocatis, Matth. 9. Luc. 7. Ioan. 11. Mor-
tuus viuis, nobis æternam vitam pro-
merens redemptis. Ergo & viua membra
mortuis prodeesse debent, vt possunt.

3. Quia ex quatuor partibus eius-
dem diuisionis tres certæ sunt per Scri-
pturæ eidemtiam: Ergo & quarta.
Atqui. 1. Viuentes viuos adiuuāt: Iac. 5.
Orate pro inuicem, ut saluemini. 2. Mortui
mortuis profunt Ut Helias, 4. Reg. 13.
mortuus mortuum vitæ restituit. Abrahā,
Luc. 16. Lazarum exceptit: Et sancti orant
pro

pro Purgatoriis; 3. Mortui viuentibus prolunt:vt, 2. *Mach.* 15. Onias & Ieremias multum orant pro populo Dei: Et Sancti optuluntur viuentibus: Quin & purgatorii pro nobis orant Deum. 4. Quid estigitur cur viui defunctis similiter prodeesse non queant; testante pariter *S. Scriptura:* ceu supra patet? *Bll. lib. 2. c. 15.*

II. Quoad M O D U M Scholastici pauxillum variant: neque interest causa; minus controversiae cum aduersariis. Suffragia inquam Communia communiter prosunt omnibus ad Gaudium & Refrigerium: Peculiaria vero ad Gaudium omnibus, sicut candela vniacensa lucet & ceteris; ad Refrigerium autem peculiariter illi, aut illis, quibus intendit applicari; sicut pecunia pro captiuo adnumerata, huic valet liberando, non alteri.

III. QVOAD IVSTA FVNEBRIA.

LUTHERO-CALVINISTÆ Sepulturam non quidem ipsam; at quatuor circa ipsam reprehendunt: 1. Commixta fūra.

A t ita quidam hæretici Bohemi olim apud *Æneam Sylv.* de Orig. Boem. cap. 35.

2. Vsum cereorum, veritum in Conc. Elibertino c. 34.

A t hoc vetat errorem gentilium, putantium defunctos aliquid corporibus sentire.

3. Exequias & Anniversaria. CALVINVS in *Prafat. Instit.* ait: Ambrosius reprehendit eos, qui nullum finem faciunt orandi pro mortuis.

A t Repetitio precum eò melior, quo crebrior est. S. Ambr. autem arguit ploratum, non orationes.

4. Sepulturam opus negant esse meritorium: quod *Matt. 25.* non recenseatur inter opera misericordiæ.

A V T O R. Chrys. hom. 84. in *Ioann.* dicit causam: quod in sumtibus funerum excedant homines; ideo currentibus addere calcar nil opus. 2. Reg. 2. Benedicti vos à DOMINO, qui fecistis miseric. cum Saul, & sepelistis eum: Et nunc retribuet vobis Dominus. Tob. 12. Encomium sepulturæ angelicum: Et *Matt. 26.* Opus bonum operata est, mittens enim unguentum hoc ad sepeliendum me fecit. Ritusque ceteri funebres sunt peruetusti ac insti. Vide *Bellar. libr. 2. de Purgat.*

cap. 19.

THEOMACHIÆ LUTHERO- CALVINISTICÆ

F I N I S.

Gloria sit Triadì, Marie, & sit Gloria Divis.